1442 12 Luglio
Milano

~~105~~

Filippus Maria Anglus dux Mediolani etc. Papie Angleríeque Comes ac Janue dominus. Sicut Nobiles Jacobus et dns
Raymondus iurisutriusque doctor filius suus de Marliano dilecti Cives nostri huius celeberrime urbis nichil maiore desiderio et
studio concupiscunt quam pro voluntate et utilitate nostra elaborare nullis aut sumptibus aut incomodis indulgentes et cum suis omnibus
ferventi devotione nobis et precelentissimis dominis Antecessoribus nostris affecti semper fuere, ita condignum quoque videtur
ut eos nostra prosequamur munificentia et benignitate ut et in hac eorum fide et consuetudine eos confirmemus et obsequiorum
erga nos suorum nec immemores nec ingrati esse videamur. Ipsos igitur Jacobum et dnum Raymondum filiosque et
descendentes suos pro se se et bonis suis pro partibus ubicumque sint et iaceant, necnon Massarios Mezadros Fictabiles Mollendinarios
Abbrazantes Pensionantes et Redditurarios quoscumque suos respectu bonorum dumtaxat ipsorum Jacobi domini Raymondi ac filiorum
et descendentium suorum Ab omnibus taleis taxis impositis mutuis subsidiis foccolaribus cariagiis contributionibus angariis
et aliis oneribus extraordinariis, realibus personalibus atque mixtis hactenus cum iamdudum habeant exemptionem impositis et
de cetero quomodolibet imponendis qualiacumque sint et quovis nomine nuncupentur, et ea nuncupari contingat, ac etiam ab imbotatis
datiis, pedagiis et gabellis dumtaxat exceptis, harum serie ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis immunes facimus et
liberos reddimus penitus et exemptos. Liberantes etiam ipsos ab omni solutione que veniret a se facienda vigore decreti
nostri de mense Junii anni Mccccxxxviiii super huiusmodi exemptionibus editi. Denique vero mandantes Magistris Intratarum
nostrarum ordinariarum et extraordinariarum Commissariis nostris super executione decretorum eiusmodi et aliis universis et
singulis officialibus et Subditis nostris ad quos spectet aut spectare possit quomodolibet in futurum quatenus has nostras immunitatis
et exemptionis ac liberationis litteras observent firmiter et faciant inviolabiliter observari, Contra eas non inventantes, nec inventari
facientes quomodolibet aut permittentes pro quanto nostram caripendunt gratiam. In quorum testimonium presentes fieri, et registrari iussimus
nostrique sigilli et Corniole secrete munimine roborari. Dat. Mediolani die duodecimo Julii Mccccquadragesimosecundo. Lanzalotus
Johannes Antonius.

Ego Symon Bolgharonus filius domini Gabrielis Civitatis Mediolani porte Cumane parochie
sancti Marcellini publicus imperiali auctoritate notarius istas litteras Corniola secreta ac sigillo
pendenti ducalibus munitas ac signatas Lanzalotus Johannes Antonius ab autentico fideliter
exemplavi et ad fidem et in testimonium premissorum subscripsi signumque meum tabelionatus apposui
consuetum.



Ego Petrus de Marlianis filius quondam dni Nasioli notarius publicus Civitatis Mediolani porte
Tiranen parochie sancti Sixti istas litteras ducales datas signatas et sigilatas ut supra
ab originali et autentico extractas vidi cum dicto originali et autentico de verbo
ad verbum fideliter ascultavi et in fidem et testimonium premissorum subscripsi cum
appositione mei Signi Tabellionatus consueti.

Ego Gasparinus de Regnis filius quondam dni Petri notarius publicus Civitatis Mediolani porte Tonsorum
parochie sancti Johannis ad concham istas litteras ducalles datas signatas et sigillatas ut supra ab originali
et autentico extractas vidi cum dicto originali et autentico de verbo ad verbum fideliter ascultavi
et in fidem et testimonium premissorum subscripsi cum appositione mei Signi tabelionatus consueti

Maynardus de Grassis notarius offitio rationum ducalium subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 6 (103)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800636342-17/fragment/page=0001
DFG

1442. 12 aug[us]tis
Milano

1442.

Littere exemptionis pro d. Jaco
bo Marchino et d. Raimundo
de … Com… eius filio

Marbo 6 (403)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800636342-17/fragment/page=0002

1442. 12 Luglio
Milano

CIII
105

Filippus Maria Anglus dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Janue dominus. Sicut Nobiles Jacobus et dominus
Raymondus iurisutriusque doctor filius suus de Marliano dilecti Cives nostri huius celeberrime urbis nihil maiore desiderio et
studio concupiscunt quam pro voluntate et utilitate nostra elaborare nullis aut sumptibus aut incomodis indulgentes et cum suis omnibus
ferventi devotione nobis et precellentissimis dominis Antecessoribus nostris affecti semper fuere, Ita condignum quoque videtur
per eos nostra prosequamur munificentia et benignitate Ut et in hac eorum fide et consuetudine eos confirmemus et obsequiorum
erga nos suorum nec immemores nec ingrati esse videamur. Ipsos igitur Jacobum et dominum Raymondum filiosque et
descendentes suos pro se se et bonis suis presentibus ubicunque sint et facerant necnon Massarios Mezadros Fictabiles Molendinarios
Abbrazantes Pensionantes et Redditnarios quoscunque suos respectu bonorum dumtaxat ipsorum Jacobi domini Raymondi ac filiorum
et descendentium suorum Ab omnibus taleis taxis prestitis mutuis subsidiis foccolaribus carrigiis contributionibus angariis
et aliis oneribus extraordinariis realibus personalibus atque mixtis hactenus cum Jamdudum habeant exemptionem impositis et
decetero quomodolibet imponendis qualiacunque sint et quovis nomine nuncupentur et ea nuncupari contingat ac etiam ab imbotatis
datiis pedagiis et gabellis dumtaxat exceptis harum serie ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis immunes facimus et
liberos reddimus penitus et exemptos. Liberantes etiam ipsos ab omni solutione que veniret a se facienda vigore decreti
nostri de mense Junii anni Mccccxxxviiii super huiusmodi exemptionibus editi. Denique vero mandantes Magistris Intratarum
nostrarum ordinariarum et extraordinariarum Commissariis nostris super exequutione decretorum eiusmodi et aliis universis et
singulis officialibus et subditis nostris ad quos spectet aut spectare possit quomodolibet in futurum quatenus has nostras immunitatis
et exemptionis ac liberationis litteras observent firmiter et faciant inviolabiliter observari Contra eas non intentaturi nec intentari
facientes quomodolibet aut permittentes pro quanto nostram carripendunt gratiam. In quorum testimonium presentes fieri et registrari iussimus
nostrique sigilli et Corniole secrete muniminis roborari. Datum Mediolani die duodecimo Julii Mccccquadragesimosecundo. Lanzalotus
Johannes Antonius.

Ego Symon Bolgharonus filius domini Gabrielis Civitatis Mediolani porte Cumane parochie
sancti Marcelini publicus imperiali auctoritate notarius istas litteras Coriola secreta ac sigillo
pendenti ducalibus munitas ac signatas Lanzalotus Johannes Antonius ab autentico fideliter
exemplavi et ad fidem et in testimonium premissorum subscripsi signumque meum tabelionatus apposui
consuetum.



Ego Petrus de Marliano filius quondam domini Masioli notarius publicus Civitatis Mediolani porte
Ticinensis parochie sancti Sixti istas litteras ducales datas signatas et sigilatas ut supra
ab originali et autentico extractas una cum dicto originali et autentico de verbo
ad verbum fideliter ascultavi et in fidem et testimonium premissorum subscripsi cum
appositione mei Signi Tabellionatus consueti.



Ego Gasparinus de regnis filius quondam domini Petri notarius publicus Civitatis Mediolani porte Ticinensis
parochie sancti Johannis ad concham istas litteras ducalles datas signatas et sigillatas ut supra ab originali
et autentico extractas ut supra cum dicto originali et autentico de verbo ad verbum fideliter ascultavi
et in fidem et testimonium premissorum subscripsi cum appositione mei signi tabellionatus consueti.

Maynardus de grassis notarius officio rationum camere ducalis subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 6 (103)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800636342-17/fragment/page=0003